

## **Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni Praesertim Augustini, Et Thomae Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones  
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis  
Fundamentaliter discussa

De Sacramentis In Genere Et Specie - Libros Octo Complectens

**Henricus, de Sancto Ignatio**

**Leodii, 1709**

Caput 5. Omnia novæ legis Sacraenta perficiuntur rebus tamquam  
materiâ, verbis tamquam formâ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73212](https://urn.nbn.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73212)

## Amor ad Deum per Sacraenta perducens.

- de fide, quod Christus per seipsum solum omnia novae legis Sacraenta instituerit, nulla per Apostolos. Tamen enim communis opinio, que id assertit, probabilissima sit; per Tridentinum damnata non est opinio Hugonis à S. Victore 1. 2. de Sacram. parte 15. c. 2. Magistri in 4. dist. 23. c. 2. D. Bonaventurae q. 2. aientium, quod Christus per Apostolos Extremam Unionem instituerit. Quod & de Diaconatu D. Cyprianus epif. 65. ad Rogatian. significare videtur, eum ait, quod immixtissime Diaconi debent, quoniam Apostolos, id est Episcopos & Presbiteros Domini elegit. Diaconi autem, post accessionem Domini in celum, Apostoli sunt constituerunt Episcopatus sui, & Ecclesia Ministros.
- 27 Magis proinde credimus duobus examiniis Theologis Lovaniensis, Judoco Ravesteyn Tiletano, & Ruardo Tappero, qui Tridentino interfuerunt & idem sententiam allati canonis ab ipsis Conditoribus dicere potuerunt, quam dicitur Recentioribus. Tiletanus vero, in Apologia decretorum Concilii Tridentini, quam contra Kenninum, redux ex Tridentino conscripsit, Kenninum arguit, quod citatum canonem sic referat: *Siquis dixerit, non omnia ista septem Sacraenta à Christo ipso instituta esse, anathema sit. Hanc cavillationem (inquit Tiletanus) studiose & circumspecte Patres Synodi excluserant, dum decreverunt, quod omnia legis nova Sacraenta instituta quidem sunt à Iesu Christo; non autem quod omnia sunt à Christo immediate, per seipsum, instituta. Quoniam enim sententia affirmans Christum per seipsum omnia instituisse, præferenda sit, præcens tamen canonis veritas (pergit Tiletanus)... immota confiteatur, sive Christus per seipsum, sive per Apostolos fuerit, dictante Spiritu sancto, intelligatur Sacraenta nova legis instituta.*

- 28 Tappero autem in explicatione articulorum S. Facultatis Theologicæ Lovaniensis, quam etiam scripti post suum reditum ex Tridentino, primis hunc articulum: *Credendum est ista septem Ecclesia Sacraenta, à Christo instituta, confirmari dicunt presenti canone Tridentini, codicemque modo intelligendum esse. Quidque articulus solum habet, quod omnia Sacraenta sunt à Christo instituta; non autem, quod ab eo sunt instituta immediata per seipsum.*
- 29 Enimvero Tridentini Patres (teste Pallavicino Hilfio Concil. Trid. I. 12. c. 1.) circumspicte exquiruerunt verborum formulas, remotas ab omni specie labii encumque Theologicarum classium inferende. Quia (ut ait ibidem c. 2.) Concilio fatis erat barefies prohibere, scholasticis questionibus relictus. Id enim Tridentini Patres non femele moruerunt (ut Bituntinus ibidem relatus) solas barefies esse damnandas, nos autem scholasticorum sententias esse definiendas.

## CAPUT V.

*Omnia nova legis Sacraenta perficiuntur rebus tamquam materiâ, verbis tamquam formâ.*

- 30 **O**mnia nova legis Sacraenta perfici rebus tamquam materiâ, & verbis tamquam formâ, doctrina est Concilii Florentini in decreto unionis Armenorum. Ubi per rem intelligitur aliquid sensibile ex se non determinatum ad significationem Sacraenti, aptum tamen ad id determinari per formam; sive sit quidquid permanens, ut aqua, oleum, &c.; sive sit actio, ut ablutio, unctio, &c.; sive verba aliqua, ut vocalis confessio, in Sacramento Poenitentie. Cuiusmodi res id est dicitur se habere tamquam materia: quia sicut materia in compositis physicis ex se non determinat hoc compositum præ illo,
- sic in compositis artificialibus ex rebus & verbis, (eiusmodi est Sacramentum) illud se habet vel materia, quod ex se non determinat hanc Sacraenti significationem præ illa: verbum autem determinans hanc Sacraenti significationem præ illa, dicitur se habere velut forma: quia sicut forma in physicis determinat ad hoc potius compositum quam ad aliud, sic verbum determinans certam significationem Sacraenti, determinat ad hoc potius Sacramentum, seu articiale compositum, quam ad aliud, sive interius verbum illud vocale sit (quale requiritur in omnibus Sacraentis, excepto Matrimonio) sive quidquid vocibus aequivalent, cuiusmodi in Matrimonio sunt signa externa contentum exprimentia, v. g. natus, scriptura, &c.
- Neque à doctrina illa Concilii Florentini excepit 31 piendum est Sacramentum Eucharistie, tametsi permanens, postquam verba transierunt. Quia falso in fieri verbis perficitur, tamquam forma. Verum proinde est, Sacraenta omnia, saltem in fieri, perfici rebus tamquam materia, & verbis tamquam formâ.
- Culpans quidem Ecclesiam Romanam ipsius 32 hostes, quod Sacraentorum doctrinam explicet per materialis & formam: eo quod modus illæ explicandi à sanctis Patribus non fuerit usurpatus. Sed licet SS. Patres non usurparerint modum illum loquendi, suffici quod usurparerint rem eo significatam. Ut Augustinus tract. 80. in Joan. dicens: *Accidit verbum ad elementum, & fit Sacramentum.* Et iterum ibidem: *Detrahit verbum, in Baptismo, quid est aqua, nisi aqua?* Ad probandum itaque modum illum loquendi, explicantique Sacraenta, suffici authoritas Ecclesie Orientalis & Occidentalis. Quod enim Orientalis Ecclesia in eo concinat Occidentali, liquet ex cap. 7. responsi Hieronimi Patriarche Constantinopolitanus ad Wittembergenses. In quo post enumerata septem Sacraenta supradicta, addit: *Quæ quidem omnia Sacraenta sacrâ sancrantur Scripturâ, certaque ac definitam materialis & formam... habent... Usi Baptismo quidem materia est aqua, forma autem verba Sacerdotis.... Similiter autem & in aliis omnibus certam istidem materialis & formam invenire lices. Eamdem loquendi methodum amplectitur Gabriel Philadelphicus Metropolita, in libello de Sacraentis.*
- Majoris autem explicationis gratia duplex 33 Sacraentorum materia assignari solet, remota felle & proxima. Remota est res sensibilis, quæ per formam determinatur, media actione, per quam applicatur. Proxima est applicatio illius, sive actio per quam applicatur. Sic in Baptismo aqua est materia remota; ablutio, materia proxima.

## CAPUT VI.

*Materiam & formam Sacraentorum nova legis Christus sic instituit, ut à se institutum Ecclesia immutare non possit, nec immutandi potest alieno Christus ipse reliquerit.*

- M**ateriam & formam Sacraentorum nova 34 legis, à Christo institutam esse, consequens est ex dictis capi 4. Siquidem essentia Sacraentorum instituit, qui Sacraenta instituit. Cum ergo Sacraenta Christus instituerit, essentia Sacraentorum, eorumque proinde materialis & formam instituisti necessario dicendus est.

Nec magis Ecclesia reliquit potest alieno immutare materiam vel formam Sacraentorum à se institutam, quam Sacraenta ipsa. Nec magis quam immutare possit materiam legam dinovarum. Quæ enim à Deo instituta sunt, per